HIERONYMUS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS. ISIDORUS HISPALENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 42r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

culpa est propeo quod absalon amon dignum morte intersecit. Quare Re
cordetur rex domini dei sui ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulci
scendum. Recordatio hic pro iuramento posita est. Acsi diceret. Recordetur
rex promissionis suae imo iuramenti quod in praesentia domini dei suis pollicitus est ut
non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum. Dixit quoque mulier:
Quare cogitasti huiusmodi res contra populum dei et locutus est rex verbum
istud ut peccet et non reducat eiectum suum. Et ex hoc loco demon
stratur illud quod paulo superius dictum est cessaverit rex dedit exire pro absa
lon. id est cessaverit ut non exiret ab aliquo et reduceret absalon. Inde
autem mulier: Et locutus est rex verbum istud ut peccet et non reducat
eiectum suum. Quod ut autem quare cogitasti huiusmodi res contra populum domini.
populum dei eundem uocat absalon. siue eos quia cum illo erant quasi capti
ui et eiecti erant eo quod non reducerent ad hereditatem dei. ne forte
coacti diis alienis in terra aliena seruirent. Nec uult pire dis aiam
suam; rectam cogitans ne peccet penitus quia abiectus est. Iesi diceret. Dis
peccatores quia a diabolo captiui detinentur ut ad se conuertantur vocat.
et tu quia eum imitari debes cur non eo magis. Et tunsdo xxxvii.
tondebat capillum semel anni in anno tondebatur. In hebre
ra legitur Et cum tondebatur caput eius statuto anni tempe ton
debatur quia gravabat eum cesaries. ponderabat capillos ca pitis
sui ducentis siclis pondere publico. Non enim semel in anno
ut latini codices habent tondebatur caput eius; statuto tempe
id est de xxx dies in xxx. Post xl anni dixit absalon xxxviii.
ad regem. Vadam et reddam uota mea. quoniam uouit domino in hebron. Qua
dragesimum agebatur annum ex eo tempore quo saul nobe ciuitatem cum sacer
dotibus lxxxv. propter dauid intemit. et idcirco hic idem xl annum
ponit ut monstret diuinam ultionem sustentari super dauid eo quod
abimelech sacerdotem fefellerit et propter eum tot sacerdotum cedes
facta fuerit. Caue lector plerosque mendosos codices in quibus septem
inuenitur pro quatuor non pro xl annos. in uetaciorib uero codicib et in
hebraica ueritate non .iiii. sed xl sebunt anni. Sicut qui centiosus
cos de .iiii. annos astruere uoluerit ab eo tempore quo absalon amon